Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36450
Copyright: Melk, Benediktinerstift

rratione nostra· correctiones et delec
tabiles hystorie conscribantur que scrip
te non sunt ab optimis viris in laudibus
reverendi et beatissimi iohannis. Deinde
vero quia sapientes et potentes
in sermone amatores historie erant
sapienter et sublimiter materiam de
pinxerunt. Quod maxime et pam
plius excitavit nos ad presentem solli
citudinem. ut in eo qui inest nobis
pedestri deformi humili caractere
enarrarem. ut possit et ydiota et sine
litteris de hiis que dicuntur perficere.

Cum pervenissem alexandriam
ego indignus ad amplectan
dos sanctos et victores martires. kyrum
et iohannem. et eorum iocundis epulis
et refectione fruerer convenienti
bus et colloquentibus ibidem quibusdam
viris venerabilibus atque philochristis
et disputarem de scripturis et de vite
institucione. venit ad nos quidam
peregrinus petens elemosinam. Dice
bat enim se de captivitate persarum excep
tum. Accidit ergo ut nullus de con
sedentibus inveniretur habens panem
aut nummum. Unus ergo de conse
dentibus habebat illic astantem mer
cennarium callidum datorem. Acci
pientem tres tantum nummos per singu
los annos. habentem uxorem et duos
filios. Cumque recessisset qui petebat
insecutus est eum ingeniose. et abstu
lit a se quam ferebat cruciculam ar
genteam. et dat ei dicens se non habere
aliquid usque ad siliquam unam in vita
sua. Ego ergo de hoc quod acciderat
immo quod gestum videram per dei gratiam
inventus sum considerans quod fece
rat. et compunctus enarravi stati

pre me sedenti menne nomine viro in
dustrio et timenti deum. qui et erat or
dinarius dispensator sanctissime ecclesie sub
nobili et beatissimo iohanne patriarcha.
Qui cum intuitus esset me admi
rantem et laudantem eum qui elemo
sinam fecerat. dixit michi. Ne mireris
eo quod conditione et doctrina huius
actionis operator extitit. Et dicente
me ad eum. quomodo propter caritatem presto
michi. ipse ridens ait. Sanctissimo ter
beato patriarche nostro ministrans per ma
sit iohanni. et tamquam filius proprius patris
industriam suscepit dicente sancto ad eum.
Domnulus zacharia esto misericors
et verbum habes ex deo per me felicitate
mea. quia neque in vita tua. neque
post mortem deerit deus a te quod ser
vat usque hodie. Multas enim bene
dictiones mittit ei deus.
Sed non dimittit quemquam quod non stati
det pauperi: preter modum constringens et
in nichilum redigens domum suam.
Multociens in exultacione invenerunt
eum quidam dicentem deo. Sit sic. Aut
mittendo tu. aut dispergendo ego. Vi
debimus vero quis vincat. Igitur
non quo tu domine dives. et iuste nostre
ministrator es. Porro est quando vir
eventum non habet ad horam aliquid quod
det a se petenti. et tristatus dicit ad
tabernarium. aut ad alium negociato
rem. Da michi viginti tremisses [id est tremissis quatuor et denarii] et servia
tibi uno mense et duobus ut vis. et
ubi vis. quoniam esurivit valde qui in domo
mea est. Et sumens dat egeno ro
gans ut nemini dicat. Cum ergo
sensisset me isdem dei cultor men
nas tamquam evangelium audientem
se. dicit michi cum compunctione. In hoc